

III.
NEOVIDENSIS

Nro. 92. (Neovidensis 1808. Nro 91.)

*Secretum litterarum commercium inter vivos
et vita functos*

Filia Consilarii Secreti — ad sororem suam in
Campis Elysiis.

Ex mundo superiore.

Elysium-Meum. — Die Veneris. 25. Nov. 1808. (Neov. 8. Nov. 1808)

Lavita in flore ætatis vita excessisti. Cara Soror! at cur ego superstes relæta? — discrucior miseria, omnibus veteribus amicis destituta, ubi consistam, quo me vertam anceps hæreo.

Non est sub sole miserior creatura filia viri, viri, illustre quodpam munus gerentis, qui vi officii dignitate pilet, prolesque præcipue femineas ad morem vgentem & solummodo continentem educandas habet. Augetur calamitas, si honesti animi sit, qui munus per fas & nefas non administrare admissus, ad liberis tantum ad minimum reliquendum, ut Characteri conformiter post fata sua vivere possint.

Funestus hic Casus reapse familiam nostram manserat. Beatus noster Genitor vir honestus candidusque erat; fidus germanicæ Sinceritati Principis officia Secreti Consilarii erga Principem & patriam absque privato

studio ad amussim & exacte obivit. Dignitas, quam tenebat, exegit: ut statui convenienter vivat, & rem familiarem disponat; Domus nostra Conventus erat honoratiorum regiminis, familiares conversationes, frugales mensæ, Cultusque vestiendi dignitatumuneris, & ex ea oriundis consecrariis obnoxius, ad strictissimam rationem vivendi exigi debebant, hic decori & ut ita dicam, imperiosus domus nostræ cursus fuit.

Probe memineris: ut sæpe dilecta nostra mater vesperi soluto familiariore conventu ita moesto vultu sedebat, fiebatque. Videbatur sortem nostram prospexisse, quippe dictabat: — filix! ad quid vobis prosunt? quid vos fiet? — nolite nitidulis comitisque masculis credere, nunquam vos uxores ducent.

Quam hæ voces per experientiam auribus meis insonant! utinam Coloni aut opificis filia essem! — Elegantuli illi masculi nos oblectarunt, ingenii, & indolis suæ monumenta reliquerunt, admirabamur in iis cogitandi acumen, agendi facilitatem. At at Cara Soror! hoc etiam unum & solum quod fructificavimus. Felicem te! quæ medio decedebas, at ego angor graviter, imo egestate summa premor isthic.

Audi sis, amata soror! ut res isthic se habeant: Sacharo dulcior Lindorus, qui amore suo unguentoso ubique me persequabatur, matrimonium mihi obtulit, rem ad patrem detuli, qui reponebat: Lindorum vesanum esse, debetem & stolidum, & bona conscientia a

se nullum munus procurari posse; Dominus a B. . . qui omnes dotes tenebat, pro cum meum egit, munus adeptus est, ex hoc tempore se retraxit, imo patri nostro inimicus evasit; cujus opera id consecutus, dum a fratre nostro objurgaretur, reposuit: opes solum & pecuniam hodie felicitatem parere: — nihilominus scelestus ante alienum a proprio emolumento animum simulabat, atque ex principiis Philosophiæ Kantianæ demonstrare admissus: Ingenium solum, virtutemque in orbe diutissime consistere posse.

Vidua senem Oeconomi ruralis uxorem duxit, quod postea contenderet: Colonom cum 40 millibus Imperialium feliciorum fore viro a secretissimis consiliis principis. Cum eo omnes spes meæ occiderunt! —

Jam & dilectus Genitor ad tuas sedes transmigravit; reperies dilectum patrem in ordine honestorum, qui ob exactam officiorum custodiam præmiis donantur. Verum opes nullas reliquit, at vero me in acerbissimis adjunctis.

Ipsa tempora mutata & moestiora facta. Olim bonorum subsidiis fiderelicuit, at boni adjunctis temporum ita dejecti & præcipitati sunt, ut ipsi satis non habeant, non ut succurrere possent.

Quid igitur jam me fiat? — asyeta & educata ad morem cultioris mundi vivere: an servitio animum adcomodem? & quod, amabo, servitii genus quærere possum? quantum heu! velamen oculis meis decedit! quid

sunt nugæ, quas ex libris hausi, mundum
 ceu rotam representando, in quo homines in-
 star Equitis imaginarii oberrant. Teneræ meæ
 manus Clavicordio solum pulsando, & peni-
 cilo delineatorio admotæ, oculi mei nihil
 præter Cultum vestiarium viderunt, aures a-
 deo delibabiliter poemata exceperere, animus-
 que pendeat a luxu conversationis elegan-
 tioris mundi. Omnia hæc animo meo ob-
 versantur, tanquam grave somnium; nihil
 relictum quam tristissima consecutaria, & tum
 ter amata soror! cura vitam tolerandi me am-
 bit, & persequitur.

Serviendum mihi? quomodo, in qua qua-
 litate? Alias potentiores infelices puellas in-
 domum & conversationem suam recepere,
 at jam facultatibus attenuatis per adjuncta
 temporum id negligunt, & miserarum id ge-
 nus tanta turba est, ut omnes adcommodari
 nequeant; Verso mentem in omnem partem,
 ad quod genus servitii apta sim — & non
 sum me adjuvando, sentio me experientia te-
 ste cujusvis servitii incapacem. Fateor quod
 res est: vitæ conditio, in qua nata sum edu-
 cataque, me infelicem reddidit; et tamen vi-
 vere deo, vivere mihi aliisque gravis, quia
 alterutri utilis!

Hæc mea in hoc alias eleganti, at heu!
 fallaci mundo commoratio. Curæ & aerum-
 næ me sequuntur, noctu diuque, & terrifica
 somnia me torquent, quo me vertam, cui
 conquerar, a quo solatium petam?

In arena consilium! excedo loco quo luci edita sum, fugio invisas terras, procul secedam, ubi nemini nota Cara soror! agam Cubiculariam & ambabus me ulnis excipient, hoc unum refugium quod superest; expende dilecta soror! & o perpendite quotquot meae conditionis, at pauperes estis! ita desinit fabula elegantis mundi.

Probabile est: te cum dilecto genitore constituendam. Noscis ejus in politicam amorem, en quaedam nova. ut ei possis communicare:

Ephemerides Hamburg, memorant Inducias Russiam inter & Sveciam sequi, argumenti: Esto illimitata quies armorum inter copias Russicas, quae tam in longitudine Gamle Carleby; quam in regione Krupio stationem habent, & Exercitum Russicum sub imperio Marechalli Comitis Klingspor; obtinebit ea mox post subscriptionem, & octiduo durat ab editione.

Has Inducias nec una nec altera pars in usum convertat, ad copias iis contentas aliquas ad alias stationes expediendas, quibus per id tempus agendum erit.

In provincia Vasa sitae copiae Russicae retinent stationem ad Gamle Carleby, aequae Svecicae suam ad Himange, neque excubias ultra expediunt, ac ultra Kannus, & aedem Ilykannus ad paludem Resti, ex hinc in linea recta usque aedem Idensalmi! utque neutralis ductus inter utrumque exercitum obtineat, copiae Russicae excubias ea ratione de-

figant, ne trans Juntilam sitam Insulam consistant.

Copiæ Svecicæ ad Knopio eum situm teneant, ut ædes Idensalmi neutralis relinquatur, Russicæ occupent latus SO & Svecicæ SW memoratæ ædis — Si hæc ante jussum obtinuerint, ultra ædem Idensalmi processissent, ab pactata statione recedendum habebunt.

Captivi viritim & reciproca dignitatis ratione habita permutentur. In principe hospitio Lochto 17. Sep. 1808. *M. Klingspor C.* *Marhschallus Suchtelen Gen. Præses & G. hosp. Mag. C. Kamenskoj Gen. Locum.*

Sunt, qui has Inducias necessarias ob anni tempus (Generalis enim dux, hyems, in iis regionibus citius advenit) existimant. Alii contra censent esse eas nexas præparationi conventus Erfurtensis --- at Induciæ 14. Sep. subscriptæ perhibentur, & 28 & 29 ejusdem Russi cum Svecis in Finnia dimicavere! nec Petropolit. Ephem. de 12. Oct. earum meminere, nisi forte 17. subscriptæ, & pro ratificatione ad Imperatorem expeditæ, quæ utique, ob ejus absentiam nondum secuta est.

Interim de præsentis de Svecia in gallicis paginis altum silentium. Novissimi Parisiis de 3. Nov. nuncii.

Heri comparuit Minister negotiorum int. Cretet, comitibus Consiliariis status Segür & Corvetto in Collegio legibus ferendis ad propositionem annunciatam de statu Imperii præstandam. Hæc propositio plures comple-

debatatur partes, de Justitia, in quo argumēto inter cætera denova Judiciorum ordinatio. ne intuitu Juratorum, qui non amplius de quæstione actionis judicandum habebunt agebatur, de publicis Institutis litterariis, de scientiis & artibus, de interna administratione, de re æraria, maritima, ratione status Galliarum externa &c. Monitor partem solum hodie texit propositionis. Præses Fontanes respondit Oratoribus regiminis, qui alacerrimis assensus contestationibus excepti sunt.

Hæc Senatus Conservator Sessionem celebrabat.

Hujates paginæ mem orant: Anglicanum publicum nuncium: *Schar*, cujus adventus Caleti hæc indicabatur, Anglicano regimini responsum ad propositiones pacis retulisse & quidem prolixum admodum & favorabile.

In Excerptis Ephem. Londin. de 14. Oct. hujatum paginarum legitur in cæteris Expeditione sub du&u Gen. Ducis Davidis Bair die 9. Octob. ex porta Falmouth in Hispaniam; constat ea 230 vectoriis, 3 bellicis munitis. Numerus copiarum ad 13000 æstimatur, quibus ad destinatam stationem adpulsis, exercitus Anglicanus in Hispania & Portugallia ad 45000 efficere videtur.

Gen. D. Dalrymple Porthsmuthum adpulsit, Londinumque jam advenit. Gen. Dux Arthur Wellesley propediem conscensis navibus Hispanias petet, ad imperium militare Gen. D. Moore capessendum.

Insurgentes Hispani importationem mercium Anglicanarum sub certis conditionibus admiserunt.

In hac Typographia prostant venales:

Principia Politicae, Commercii & rei Aerariae. E germanicis lucubracionibus clarissimi viri Josephi Sonnenfels Latine reddita e Wolfgango Beke, in Reg. Magno-Varadinensi Academia scientiarum Politico-Camerarium Juris cambialis ac mercatorii Professore P. O. T. I. & II. 8. 1803. 4. fl.

Högyészi, Doctrina Religionis, R. Catholicae, Pars I. de septem novae Legis Sacramentis, de Purgatorio, & Indulgentiis. 1805. 8. 54. xr. Pars II. de Virtutibus Theolog. Fide, Spe, & Charitate, Religione Revelata, ac aliis Fidei orthodoxae dogmatibus. 7806. 8. 1 fl.

Ars longaevae, hilarisque vitae 1805. 8. 1 fl.

Fedor, és Mária, vagy a' holtig-tartó ritka hűség, es a' nagyra vágyásból származott gyászos, de méltó szerentséltenség tüköre. N. V. Ajtay Samuel által. 1807. 8. 1 fl. 12 xr

P. Basillii Alexovics Sermones Sacri, festivales & Dominicales, V. Tomi 8. maj 8 fl. quivis Tomus separatim a 2 fl.

Hertzeg Piripionak tündér története irta Wieland után Magyar Földjeinek mulattatására Fellegváry Agoston. 8. 1804 36 xr.

Wieland, Teli Regi. 8 Posonyban. 1804 20 xr.

Theophron, vagy a' tapasztalt Tanátsadó a' tapasztalatlan Ifjúság hasznára. 1804. in 8. 1 fl. 45 xr. Posta papirosra 3. fl. Fényes papirosra 6 fl 40 kr.

Elysium

Primo
Marte

I
Inter
pericu
gus &
currus
rigor
eum f
tus s
spes,
nua!
bet C
nem,
ceptis
dit, s
miles
lute,
honor
mus h